



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De judiciis & judicialibus. Hoc est de Sententia & re judicata,
Executione, Attentatis, Judice, Notario, Advocatis, Procuratoribus,
Expensis, & aliis ad materiam judiciorum. Pars II. Relatio Romanæ Curiæ
forensis, ejusque Tribunalium, & Congregationum

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. II. De actore, & de reo; Et quando unus, vel alter dicatur; Et de
effectibus resultantibus ex una vel altera persona.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74090](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74090)

DISCURSUS I.

3

vel juris, omnimodæ ac plenæ adjudicationis jure
dominiæ seu pertinentiæ; Aliud verò est possessorum,
quod generaliter de sui natura est summarium,
atque concernit solam possessionem, reservando
alteri iudicio ordinario cognitionem totalis perti-
nentiæ, vel dominii.

Possessorum autem subdivingitur in tres alias
species; Quorum unum dicitur adipiscere; Alterum
recuperanda; Et alterum retinenda possesso-
nis; Primum verò quod generaliter in Curia sub
nomine immisionis explicari solet, sub se plures
continer species subalternas, seu remedia cum qui-
bus controverfa rei, vel juris possesso adipiscatur;
Primo nempè est remedium *I. fin. Cod. de Edict. diu.*
Adr. tollen. quod conceditur directo, & immediato,
ac etiam mediato, & fidicommissario hæredi ex
testamento; Sive ad instar, conceditur etiam feuda-
tario, vel emphyteutæ in vim investitura, quæ spe-
ciem testamotorum ad hunc effectum redolere vi-
detur; Secundo interdictum quorum bonorum,
quod conceditur legitime hæredi ab intestato; Ter-
tio interdictum quorum legatorum, quod legatario
vel fideice missario certe rei, ad ipsam obtainen-
dam competit; Quartò salviiani; Quintò illud quod
hypothecaria dicitur; Sexto alterum associationis
favore creditoris ad bona sibi affecta. Et septimò
illud quod pro exequitione literarum datur in be-
neficiisibus.

Alterum est interdictum reintegranda seu re-
cuperanda possessionis, qua possessor fuerit spolia-
tus; illudque antiquitus in curia frequens erat, ho-
diu verò raro ob appellationem, quam admittit, ut
in eius rubrica.

Et alterum est interdictum retinende, quod in
Curia frequentius ac vulgo sub vocabulo manu-
tentionis explicatur in punto juris, pariter subdivi-
ngitur in duas species, quod scilicet Aliud est
summarium, quod etiam summarissimum dici so-
let, Hispani autem vocant *interim*; Et aliud est ple-
narium; Verum in Curia ista distinctione ab aula re-
cessisse videtur, cum indefinitè hoc manutentionis
remedium summarium reputetur, eo casu excepto
in quo per sententiam diffinitivam in forma judi-
cij ordinarii procedatur, quod nimium rarum est,
cum tunc processus exequitiyi beneficium, aliaque
remedia amittat, ut pariter in ejus particulari ru-
brica adverterit.

Alia item est generica iudiciorum, seu causarum
distinctione, quod Aliae sunt cause laicales, seu tem-
porales, que in Curia prophanae dicuntur, utpote
bona, vel jura merè temporalia concernentes; Aliae
verò sunt causa ecclesiastica, vel spirituales, (que
vocabula synonyma sunt) concernentes bona, vel
jura spiritualia seu ecclesiastica, ut ex gratia sunt,
matrimonia, decimæ, beneficia, pensiones, jurisdictiones,
& præminentia spirituales, cum similibus.

Istaque secunda species causarum ecclesiastica-
rum in Curia ex quoddam eius stylo ad certum par-
ticularem effectum, remissoria vel compulsoria,
diversa sortitur vocabula, quoniam quando de his
agitur, sub causarum spiritualium nomine non ve-
niunt nisi beneficiales, reliqua autem omnes dicun-
tur prophanae, quamvis essent matrimoniales, vel
decimales, seu alijs merè ecclesiastica ac spirituales,
quaes ad omnes alios effectus censemur.

Quamvis autem dari soleat distinctione inter ju-
dicium ordinarium, & delegatum, ut patet ex dicto
practicæ, & alijs non tamē ista distinctione ipsi cau-
sis vel iudicij congruere videtur, sed potius judi-
cibus, ob eorum facultatum divisam speciem vel

Card. de Luca de iudicij & judicialibus.

naturam, ideoque sub judicium potius quam judi-
ciorum sede id cadit, *infra disc. 3.*

Datur quoq; alia distinctione inter causas judiciales
& extra judiciales, vocado extra judiciales illas, quæ
sine processu, & absq; aliqua tela iudicij summarie co-
gnoscuntur, Puta in Curia per Sacras Cōgregations
Cardinaliū, vel in nūdīnis, & in eporiis; Aut in ex-
ercitu more militari, vel mercantili respectivè sive
etiam per arbitros vel arbitratores; Atque in pleris-
que Civitatibus (Caudabiliter quidem) pro facilita-
tate, ac libertate commercii per peritos in ea arte vel
ministerio, neglegētis juris apicibus, Legiflārumque
frequenter irrationalibus subtilitatibus, vel traditi-
onibus, seu verius superstitionibus sunt illi qui Iu-
dices pectorales vulgo dici solent, sed ista species ca-
dit sub genere causarum summariarum, ut infra in
earum sede.

Aliæ verò distinctiones, quas curiosus termino-
rum seu vocabulorum indagator videre poterit a-
pud prædictum, & alios praticos vel recesserunt
ab aula, vel reverè coincidunt in distinctionibus
supra recentis.

Generaliter autem iudicium, tale quale sit, cu-
muscumque generis, vel speciei, ad sui essentiam tria
vulgaria exiguntur requisita, seu tres pernecessariae exigunt
personas, ex quibus illud constitui dicitur, nempe,
ex Actore, ex Reo, & ex iudice, sine quibus iudi-
cium non datur, etiam ubi agatur de iudicij crimi-
nibus ex officio seu per inquisitionem absque ac-
cusatore, quoniam tunc nomine Republicæ, par-
tes actoris gerere dicitur, *inf. disc. 26.*

Et quamvis plures personæ à legi privilegiatae
sint, ut judices in causis propriis esse valeant,
ut præsertim sunt supremi Principes haben-
tes fisca, cui hoc privilegium conceditur, adeo ut
apud vulgus, una & eadem reputari soleat persona,
iudicis, & Partis; Adhuc tamen ista personarum di-
stinctio verificari dicitur; Vel quia Princeps non
per se ipsum, sed per Tribunalia ac Magistratus à
se deputatos iudicare solet; Vel quia ubi etiam per
se ipsum iudicare velit, eius officialis, vel minister
fiscalis, partes actoris, vel rei respectivè explicare
dicitur, juxta frequenter in omni ferè materia e-
nunciata distinctionem plurium personarum for-
malium in eadem persona, materiali. *infra disc. 3.*

Agendo autem de iis que generaliter concer-
nunt hanc iudiciale, seu practicam materiam,
pro frequentiori usu exemplificatur praxis Curæ
Romanae, ac etiam in aliqua parte illa Tribuna-
lium Regni Neapolitanis. Non quidem taxativè sed
demonstrativè, tanquam de Regionibus in quibus
earumque Tribunalibus, in vita forensis ingressu,
ac respectivè progressu, practicare occasio dedit,
cum prudentiæ regule non concedant practicæ
loqui de iis, que practicata non sint.

De actore, & de Reo. Et quando unus vel
alter dicatur; Et de effectibus resul-
tantibus ex una, vel altera persona.

S V M M A R I V M.

- 1 **A**ctor dicitur ille, qui primus est in iudicio.
- 2 **S**ed quod ad id dignoscendum spectari potius de-
bet effectus.
- 3 **A**n intentans iudicium l. diffamari dicitur actor vel
reus.
- 4 **V**ocatus ad iudicium quatenus velit, suaq; putave-
rit interesse an sit actor, vel reus.

A 2

§ Actor

DE IUDICIIS.

- 4
- 5 Actor laudatus vel defensor necessarius quam personam gerat, & an declinet forum.
 - 6 Quid in fisco.
 - 7 Actor sequitur forum rei.
 - 8 Clericus vocatus juxta modos de quibus num. 4. & 5. non declinat forum.
 - 9 An ille qui intentat manutentionem sit actor vel reus.
 - 10 Quomodo dignoscatur, an provocatus ad judicium dici debeat reus.
 - 11 Actoris competit jus elegendi judicem vel forum inter plures competentes.
 - 12 Ille qui est actor, vel reus in prima instantia est etiam talis in altera.
 - 13 Fallit in secunda instantia, in qua electio est appellantis etiam si sit reus.
 - 14 Actor tenetur declarare quam actionem intentare velit, eamque restringere.
 - 15 Reus potest deducere plures exceptiones, etiam diversas vel contrarias.
 - 16 Declaratur conclusio de qua num. 1. 4.
 - 17 Actori incumbit onus probandi, & reo sufficit vincere per non ius.
 - 18 In pari causa vincit reus cui sufficit offuscare probations actoris.
 - 19 Quando actor bene probavit eius intentionem, vel eam habet fundatam in assistentia iuris, reus teneatur probare exceptionem.
 - 20 De assistentia iuris, quam habet Ordinarius locum iurisdictione Ecclesiastica.
 - 21 De altera assistentia parochi in iure decimandi.
 - 22 Allegans libertatem habet intentionem fundatam, eis sufficit intentare negotiorum adversus prætentem servitatem.
 - 23 Declaratur in petitorio, non autem in possessorio retinenda.
 - 24 In possessorio attenditur nudum factum possessoris, & non queritur de iustitia vel iniustitia.
 - 25 In iurisdictionibus sufficit sola assistentia iuris ad possessorum, non autem in decimis. & aliis.
 - 26 Etiam in beneficialibus procedit regula de actore non probante.
 - 27 Quid in officiis alijsque iuribus Regalibus.
 - 28 Actor præmitur onere probationis, etiam sic consistat in negativa.
 - 29 In iis, que in actore sunt fundamentum intentionis non admittitur probatio presumpta.
 - 30 Inter actorem, & reum in iudicio servanda est aequalitas.
 - 31 Actori non conceditur dilatio quia debet venire instrutus.
 - 32 De aliis differentiis inter actorem & reum.
 - 33 Potest quis eodem tempore esse actor, & reus, & quomodo.
 - 34 Iudicium est metendum ex persona actoris.

DISC. II.

- A**ctor dicitur ille, qui primus est in iudicio, ac provocat alteram partem, cui Rei convenienti nomen congruit. *In tribus ff. de iudic. ubi DD. c. forus §. actor de reg iur. in 6. Mantic. dec. 282. n. 1.*

Neglectisque iis generalitatibus, quæ huiusmodi vocabulorum originem, vel significacionem concernunt, cum hac scholis potius congrua sint, atque Cut prædictum forum enim decet,) spectatis effectibus exinde resultantibus, & isti quam plures, & quidem notabiles, esse dicuntur, ut infra; Ideoque meritò frequenter disputari contingit, quis nam

verè Actor, & quis nam Reus dicatur, spectato ut dictum est, potius effectu quam verbali significatio, vel formalitate, circa priorem, vel posteriorem existentiam in iudicio.

Quamvis etenim vera sit præmissa regula generalis, ut scilicet provocans dicatur Actor, provocatus autem Reus, Ea tamen non semper firma est, cum quandoque provocanti, qui sit primus in iudicio, Rei potius, quam Actoris nomen congruat; Et è converso, provocatus, spectato effectu, censetur actor.

Ut præsertim disputare frequens occasio in Signatura aliique Tribunalibus præbuit super remedio textus in *l. diss. amari ff. de ingen. & manumis.* Ei in altero desumpto ex textu in *l. s. contendat ff. de fidei inf. de quorum utroque particulariter agitur infra hoc eod. tit. disc. 16.* quoniam non levis est questio inter scribentes, an unus vel alterius remedii, sive utriusque intentator, quamvis inspecta materiali origine, sit primus in iudicio, potius provocator, quam provocatus, censeri debeat actor vel Reus; Aliquis priorem; Aliis autem posteriorem partem tenetibus; Tertia verò opinio distinguens probabilior est, cum qua Romana Curia (fundatè quicquidem) procedit, ut à possessionis qualitate, questionis decisio pendaat; Si enī hujusmodi remediorum intentator non possideat rem controversam, sed illam adipisci cupiens, contra formidatos vel suspicatos oppositores, sive sint possessores, sive non, pro obstaculis removendis, in iudicio sit, tunc actor potius censendus erit; Clarius verò si provocatus possidat; E converso autem si ipse possessor existat, jactatores autem, vel diffamantes provocet, tunc censendus est Reus, ut in sua possessione se confirmet, atque reiici curet illas actiones vel oppositiones, quas contra ipsum possessorum, tanquam reum dirigere, vel exercere opus esset, sub tit. de iuris dict. disc. 62. & 69.

Prout ille qui sit provocatus in ratione potius invitativa quam coactiva, adeo ut non parendo contumax reputari non possit, neque ad aliquid in persona, vel bonis propriis condemnari, ut in illis contingit, qui in iudicio concursus creditorum, vel in alio simili, cui eadem congruat ratio, evocantur, cum clausula, *quatenus sua putaverint interesse,* Actoris potius quam Rei personam, spectato effectu, gerere dicitur, ideoque licet, ab eo iudice vel foro sit exemptus, illum non declinat. *cod. tit. de iuris dict. disc. 10. & 94.*

Idemque in eo, qui tanquam defensor necessarius, cui in plerisque partibus, præsertim in Tribunalibus Regni Neapolitan, authoris laudatus, alicibi verò rei mediati vocabulum tribuitur, spectato effectu actoris, vel tertii ad causam venientis, personam gerere dicitur; Adeo ut, ex veriori magisque recepta opinione, à contradictoribus tamen non immuni forum non declinet, neque suum privilegium possessorum ac reo immedio communicet. *cod. tit. de iuris dict. disc. 60. & 63.* cum istud singulari Fisci privilegium sit, *cod. tit. de iuris dict. disc. 83.* cum similibus de quibus occasione singularium rubricarum infra agi contingit.

Effectus autem exinde resultantes multi sunt, ex hac universa iudiciorum materia conjiciendi, præsertim vero, ac frequentior est ille, competentia, vel declinationis fori, ex regula quod (excepto fisco qui in hoc est privilegiata), actor tenetur sequi fori rei, illius; in proprio foro convenire, dicto t. de iuris in locis allegatis & in aliis plures. Unde propterea si laicus

DISCVRSVS II.

4

laicus possessor, timens clericis molestias, illum cum
dictis remediis provocet coram proprio judice se-
culari, qui omnimodam habeat incompetentiam
cum clero, non poterit iste forum declinare, quo-
niam nihil ab eo petitur, sed possessor per viam ex-
ceptionis potius quam actionis, suum jus, suamque
actionem confirmare satagit, coram eo judice co-
ram quo convenientius electo, quando jactata mo-
lestia ad exercitium in iudicio deduci deberent, cum
similibus, quibus eadem concurratio, dict. disc. 60.
¶ 94. de jurisdic.

Hinc proinde, quamvis regula sit, quod etiam intentans summarissimum interdictum possessionis retinenda, dicatur Actor potius, quam Reus; adhuc tamen ad hunc effectum fori, cum eadem distinctione proceditur, an scilicet de facto sit possessor, utramque, naturalem, & civilem habens possessionem, quam confirmare cupiat, & tunc Reus potius censensus veniat; Secus autem ubi ex solo beneficio possessionis civilis animo retente, intendat cum hoc remedio recuperare naturalem, ab alio occupatam dicto disc. 63. & in alijs eod-itt. de juris d.

Punctus enim est in eo, an ille qui provocatur, contumax reputari valeat, atque molestias in persona, vel in bonis quæ possideat de facto pati, ut tunc dicatur **Reus**, coram eo **Judice** comparere arctatus, fecus autem ubi ad comparendum, siue Jura, quæ habere pretendent deducendum invitetur tantum, non autem arctetur. **dicto disc. 60.** & 94. de **jurisdict.**

Alter est effectus, quod pluribus existentibus Judicibus equè competentibus, Actoris est electio, coram quo, data competencia, Reum provocare debet, iuxta easque in proximè sequenti rubrica habentur, agendo de Judice competente, disc. seq.

Nisi de ulteriori instantia agatur in gradu appellationis, quoniam licet ille, qui est Reus in prima instantia dicatur etiam talis in secunda. & in qua-
cumque alia ulteriori *Seraphim:decis. 1422. Cavaler-*
decis. o3o:controv. 1. Attamen inter plures judices
appellationis, quæc competentes, ipsius appellantis
est electio, quamvis Reus existat, cum electio Acto-
ri tribuetur in prima instantia, atque injudicii ini-
cio, inf. in disc. *appellationis.*

Datur quoque alter notabilis effectus , qui ex hac inspectione oritur, circa actionis restrictionem; vel declarationem, quoniam inspecto rigore Juris civilis. Actor Reo petente, declarare tenetur , ad quam actionem se refringat, neque plures diversas cumulare potest; *inf. disc. 15.* E converso autem Reo conceditur facultas deducendi, & cumulandi plures exceptiones, non solum diversas sed etiam contraria, *ibidem proxime.*

In praxi tamen, rarus perieque idealis hic effectus remanetur videtur, dum hodie, ex particularibus legibus, vel stylis, sive ex quodam generali usu, sublati videntur Juris civilis antiqui rigores, ac formalitates, ideoque in vim clausularum, quae in libellis, vel monitoris, aut in commissionibus, vel supplicationibus, pro diversis stylis, adjici solent, plurimum actionum, vel remediorum cumulatio auctori permisitia est, ut infra agendo de libellis, & monitoriis, vel commissariis advertitur. inf. dif. 7.

Precipuus autem, omniumque major effectus est ille, circa onus probationis, quod actori incumbit, quoniam Re sufficit vincere, fugiendo, per non jus actoris, quo perfectè, & concludenter non probante id, quod est sua actionis, vel intentionis

fundamentum, Reus absolvitur; Greg. & add. dec.
22.8 & paſim. Idemque procedit ubi xequales es-
Card. de Luca de iudicis & judicialibus.

sent probationes utriusque, cum semper in pari causa potior sit conditio Rei; Quintino, neque hic aequalis probationis onere praemittur, sed ei sufficit cum eius probationibus offuscare, dubiasque redire illas auctoris, ita impedendo ne ad perfectiōnem, seu conclusivam qualitatem perveniant Dec. 158. & 270. num. 2. & 3. p. 10. rec. & inf. disc. 22. & sepius in omni materia.

Hoc autem probationis onere frequenter contingit, ut Reus actoris partes potius gerere dicatur; Quando enim actor, vel in absentia juris, vel in perfectis beneque conclusis probationibus, suam fundavit actionem, vel intentionem; si Reus illam elidere velit cum exceptione, seu cum limitatione, tunc partes actoris potius in hoc gerere dicuntur circa onus perfecta, & concludentis probationis, quia non facta, actor obtinet, quamvis (ut dictum est) ieius intentio fundetur in sola absentia, vel regula juris, cuius virtus, & operatio est fundandi intentionem eius, cui assit, atque transfundendi onus probationis in alteram partem, quae prætendit contrarium, ut in plerisque materiais frequenter habetur. *Mantic. de c. 251. Barbos. axiom. 198*
et inf. dict. disc. 22. de locis in omni materia.

et prefatam. a. 17. 22. & iepem omni materia:
Præfertim autem id praxis docet in materia jurisdictionali favore Episcopi vel Ordinarii loci, qui juris assistentiam, vel regulam habet in spirituali, & Episcopali jurisdictione in omnibus Ecclesiis, & cum clericis, ac etiam respectivè in suis casibus cum laicis sua dicecessis, vel territorio; Ita enim assistentia sufficit, donec Pralatus inferior, vel alter, qui jus exemptionis, vel separationis territorii, aut præscriptionis pretendit, contrarium concludenter probet, juxta illas plures inferiorum Prałatorum species, quae in sua jurisdictionali sede recensentur, sive de jurisdicione, i. cum plur. scia.

Ita pariter in materia decimalium favore Parochi habentis assistentiam juris in causa univerſali decimandi intrā omnes fines ſuę parochiæ, donec qui prætendit jus a cœtu⁹ decimalandi, vel exemptionem paſſiavim, id prober, quamvis parochus sit Reus, alter vero fit a dōr, ut pariter in ſua decimalium materia, cum ſimilibus ſub tit. de decim. dīc. I. cum plur. seqq.

Et generaliter habemus in materia servitutum,
ac etiam in altera pensionum ecclesiasticarum, que
pariter servitutis speciem redolent, quod scilicet ju-
ris regula affligit libertati; id eoque ille, qui eam ad
legat fundatam dicitur habere intentionem absque
alterius probationis onere, per illam actionem, quae
dicitur negotioria quamvis ipse sit actor, & provo-
cator, donec ille, qui servitutem prætendit, illam
probet, unde propterera præfinitis terminis, pro lo-
corum, vel Tribunalium stylis, provocato non pro-
bante, fertur sententia pro actori, super libertatis
canonizatione Dec. 101 p. 4 rec. tom. 2. & sub. sit. de
servit pluries & sub altero de pensionibus.

Procedunt vero hæc in iudicio petitorio non autē in possessorio, in quo iurisdiçionis speciale est, ut solajuris assistentia ab aliq[ue] alio fomento, vel admicculo sufficiat d.s.t de iuri d. disc. 1. & seqq. In reliquis autē præmissis, ac similibus, ista non impedit servitutis, vel pensionis, aut similis juris possessorum, qui in sua possessione interim mantentur, cum ad hunc effectum, non queratur de iustitia, vel iustitia, sed attendatur nudū factum possessionis, atq[ue] sufficiat sola possibilitas iustificationis in petitorio *Infrā disc. ubi de hoc iudicio.* Et licet in decimatoria materia id quoque procedat, non per hoc tam
2

sola juris assidentia absque possessionis faltem ad miniculativa iustificatione, in parte, que in habente causam universalem sufficit, ad id admittitur, eo modo, quo in jurisdictionibus, in quibus videtur speciale, ut in suis respectivè rubricis, vel discursibus inferius magis distinctè advertitur. *Dicitur de j. 1. & seqq. de iurisdictione. & infra in eo discursu, in quo agitur de hoc posse.*

Adeoque procedit dicta regula generalis, quod cessantibus limitationibus, ut supra, illi, qui actoris personam gerit, perfectæ, & concludentes probationis onus incumbit, ut receptum sit, id procedere etiam in beneficiis, quæ de sui natura sine titulo non obtinentur. *tit. de beneficio. disc. 22. & in aliis.*

Quamvis in prophanis, quæ pariter sine titulo obtineri non possunt, ut sum officia, aliaque regalia ob nimiam resistentiam, id patiatur difficultates juxta varios regionum, vel principatum stylos; tit. de Regal. disc. 14. Eademque regula de auctore non probante generaliter procedit, quamvis agatur de negativa, in qua ejus intentio fundata sit, quoniam ista quoque concludenter justificanda est, illis casibus exceptis, in quibus ob assidentiam juris competat actio negatoria, ut supra, Buratt. & add. dec. 10. & 948 dec. 55 p. 5 rec. & passim.

Atque in ijs, que sunt intentionis actoris fundamentum, non admittitur probatio presumpta, Add. ad Gregor. dec. 53. dec. 202 n. 4 p. 5 rec. & *sepius in omni pene materia.*

In reliquis autem, regula generalis est innixa æ qualitatib; quam lex inter colligantes in iudicis servandam esse disponit, ut Actor, & Reus ad imparia judicari non debeant, eorumque conditio debet esse æqualis, unde propterè privilegium, vel quasi, quod uni corum competit, alteri commune efficitur, ut (exempli gratia) habetur infra in appellationum rubrica seu discursu in propo, *Egidiana*, quod si actor sit clericus, vel alias *Egidiana*, non subditus, id reo quoque suffragabitur, & è converso, cum similibus, *infra in discursu, in quo agitur de appellatione.*

Ea tamen inter Actorum, & Reum præ ceteris inæqualitas quoque dignoscitur, circa dilationes que Reo de jure competit, Actori vero negantur, Ex ea differentiæ ratione, quod Actor unire debet ad causam instrutus, quod Reo objici non potest, *Caput ad dec. 15. p. 1. & infra. Prout enim circa litis introductionem, vel initiationem aliqua notabilis differentia dignoscitur inter Actorum, & Reum, ut inferius agendo de litis introductione advertitur, infra disc. 7. cum similibus, de quibus in progressu juxta singulos respectivè efficitur, vel singula judicia, seu remedia de quibus particulariter agitur.*

In eadem tamen persona materiali eademque lito, seu causa, utriusque persona formalis, Actoris, & rei concursus, pro diversitate respectuum, recte dari potest, quia nempè ratione reconventionis, seu alias coram eodem iudice, & in eodem processu, duplex cumuletur judicium, in quorum uno quis sit Actor, & in altero Reus, & è converso Merlin. decis. 350. repetit. decis. 170. p. 5 rec. Goncin. decis. 1380. cum aliis in universa hac judiciali, seu practica materia inferius desumendis.

Demum recepta est regula generalis occasione iudicij possessorum retinenda sepius enunciata, præfertim in materia pensionum Ecclesiasticarum aliarumque præstationum etiam contra successorem, quod judicium est metiendum ex persona Actoris, non autem Rei. *infra in eo discursu, in quo agitur*

de manutentione, & sub tit depension. & alibi sepius.

De judice, & foro competente; vel incompetente; Aut de illo majoris vel minoris competentie, in concurso plurium æquè competentium; Et de iudice recusabili, vel non recusabili ratione suspicionis; Ac etiam de iudice ordinario & delegato.

S V M M A R I V M.

- 1 *D* E quo iudice hic agatur, & ad quid.
- 2 *A* Alter est ordinarius, & alter delegatus.
- 3 *Q* uis dicitur ordinarius fori ecclesiastici.
- 4 *D*e iudice Ordinario fori laicalis.
- 5 *Q* ualem potestatem habeat iudex ordinarius.
- 6 *A* lia est iurisdictio in domino & alia in exercitio; ut in Baronibus.
- 7 *E*piscopi habent in dominio, & in exercitio, & de exequatione Episcoporum, & Baronum.
- 8 *D*e Vicario Generali, & Vicariis foraneis, corumq; jurisdictione.
- 9 *E*piscopus autem tenetur habere vicarium.
- 10 *D*e antiquis Archidiaconis, & Archipresbyteriis.
- 11 *D*istinguantur iudices fori ecclesiastici, & laicalis.
- 12 *E*tiam in eodem foro iudices civiles, & criminales.
- 13 *Q* uis sint iudices ordinarii Curia Romanae.
- 14 *R*ota est iudex ordinarius, sed singuli auditores delegati.
- 15 *Q* uid de Sacra Congregationibus Cardinalium.
- 16 *D*e delegatis ad universitatem causarum & ad causas particulares respectivè.
- 17 *E*piscopi seu locorum ordinarii, sunt Ordinarii, & delegati diversis respectibus.
- 18 *Q* uando iudex ordinarius fiat delegatus ex superveniente commissione, vel recripto.
- 19 *M*emoriale non tribuit iurisdictionem.
- 20 *S*tylus est interpres voluntatis Principis.
- 21 *Q* uid referat us Ordinarius efficiatur delegatus.
- 22 *D*elegatus particularis debet docere de delegatione, etiamque in citatione inserere, quod limitatur.
- 23 *D*elegatio strictè intelligenda est & non extenditur.
- 24 *I*ndex ordinarius revocat sententiam propriam diffinitivam ex capite nullitatis, quod non facit delegatus.
- 25 *E*xecutor litterarum Apostolicarum, si nulliter procedit non potest denuò valide procedere.
- 26 *D*e incompetencia etiam habituali, vel de actuali tantum.
- 27 *I*udex laicus cum clero est incompetens habitu, & non est prorogabilis.
- 28 *A*n Episcopus posset committere laico causas ecclesiasticas, vel spirituales.
- 29 *P*rorogatio partium non dat iurisdictionem habitu deficientem.
- 30 *A*n compromissum in causis ecclesiasticis fiat in laicis.
- 31 *D*e causis spiritualibus etiam inter laicos.
- 32 *D*e causis in quibus iudex laicus procedit in causis clericorum.
- 33 *D*e iudice incompetente cuius iurisdictio sit prorogabilis.
- 34 *A*uditor Camera extra Curiam non procedit in prima instantia.